



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

7. De conclusione seu confirmatione orationum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63426)

24 MICROL. DE ECCLES.

nationes in cōuersis iteranda censuerūt
Sciendum autem in illa vſitata cōclusio-
ne, Per dominum nostrum, quod Romā-
nus ordo & antiquissima exemplaria no-
men Dei interponunt, vbi dicitur: Quis
tecum viuit & regnat Deus, quod tamen
moderni post nomen Spiritus sancti sub-
iungere solent. Et hæc vtique consuetu-
do etiā apud Romanos & vſquequaque
adeo inualuit, vt antiquæ traditionis ex-
cutio iam non sine scandalo locum habe-
re possit; quod iuxta Apostolum, & euangeli-
um in tam leuibus [summo] studio
deutare debemus.

Rom. 14.
Math. 18.

Cōclusio in
exorcismis.

[Iterum] de conclusione, seu confirma-
tione orationum,

C A P. VII.

S E C V N D V M Romanam auctorita-
tem nullam orationem, Per eum qui vē-
turus est, cōcludimus, nisi sit exorcismus,
in quo Diabolus per diuinum iudicium
vt à creatura dei discedat, exorcizatur,
sive adiuratur. Nam in alijs orationibus,
quas, Per dominum nostrū, cōcludimus,
patrem, vt nobis per amorem filij sui sub-
ueniat, imploramus. In exorcismo autem

Dia-

Diabolum per dei iudicium, ut aufugiat,
increpamus. Omnes autem astantes iux-
ta antiquam sanctorum patrum traditio-
nem, in signum confirmationis, Amen,<sup>Amen oratio-
nū cōfirmatio.</sup>
5 subiungere debent, ut communem ora-
tionem, quam sacerdos pro omnibus Do-
minolibauit, confirment. Vnde & in ip-
sa secreta, Per omnia saecula saeculorum,
altius dicit, ut premissa oratio per, Amen,
10 à populo possit confirmari.

De Epistola ad Missam legenda,

C. A. P. VIII.

S O L I S subdiaconibus inferioris gra-<sup>1 inter inferioris
res gradus</sup>
15 dus Romana auctoritas cōcedit, ut sacris
vestibus induiti Epistolam legant ad Mis-
sam. Quod tamen non ex eorum conse-<sup>Nam proprium
& Lectoris of-
ficiū Lectiones
legere in eccle-
sia.</sup>
20 cratione, sed potius ex ecclesiastica con-
cessione meruerunt obtinere. Vnde & ra-
tionabilius esse videtur, ut ipse sacerdos
sibi epistolam legat, quam vt aliquē non-
dū ordinatum sibi asciscat ad legendum.
Nam beatus Hormisda à sancto Petro
quinquagesimus tertius Papa, capitulo ^{2 quartus}
25 tertio illum deponit, quicunque non or-
dinatus officium ordinati usurpauerit:
quod vtique non ex consecratione, nec

B 5 ex